

Leto 1930.

Ljubljana, 31. julija 1930.

Štev. 6.

Naš Ordinarius
Presvetli gospod

dr. Anton Bonaventura Jeglič

je po resnem premisleku pred Bogom sklenil umekniti se v samoto in prepustiti Svoje mesto dosedanjemu koadjutorju. Sv. Oče je odobril Njegove razloge, Ga razrešil službe in Ga v priznanje Njegovih zaslug imenoval za naslovnega nadškofa.

Ker se v teh sklepih razodeva za nas božja volja, nam ne ostaja drugega, kakor da se, četudi s težkim srcem, poslovimo od Njega, ki je bil toliko let pastor animarum nostrarum, veliki duhovnik, učitelj in voditelj našemu ljudstvu, zagotavljajoč Ga nepozabnega spomina, večne hvaležnosti in hvaležnih molitev!

Obenem —

to tolažbo in dolžnost nam daje successio apostolica

— vdano pozdravljamo

z obljubo enake pokorščine in zvestobe

novega Ordinarija

Presvetlega gospoda

dr. Gregorija Rožmana

kličoč mu:

ad multos annos!

**Bula o imenovanju
škofa dr. Antona Bonaventure Jegliča
za naslovnega nadškofa garelenškega.**

PIUS EPISCOPUS, SERVUS SERVORUM DEI, Venerabili Fratri ANTONIO BONAVENTURAE JEGLIČ, hactenus Episcopo Labacensi, in Archiepiscopum titularem Garellensem electo, salutem et apostolicam benedictionem. Commissum humilitati Nostrae ab aeterno Pastorum Principe supremi Apostolatus officium, quo universo christiano orbi praesidemus, Nos impellit ut curemus ne memoria pereat illarum Ecclesiarum, quae virtutum splendore et religionis prosperitate olim floruerunt, etsi modo temporum vicissitudine et iniuria pristinam amiserint fulgentem gloriam. Volentes itaque Nos Te, hactenus Episcopum Labacensem, qui tuae Cathedrali Ecclesiae rite renunciasti, archiepiscopali titulo ac dignitate decorare, de venerabilium Fratrum Nostrorum S. R. E. Cardinalium consilio et apostolicae potestatis plenitudine, Te a vinculo eiusdem Labacensis Ecclesiae absolvimus, et ad titularem Ecclesiam Archiepiscopalem Garellensem, certo modo in praesens vacantem, transferimus eiusque Tibi titulum conferimus cum omnibus iuribus et privilegiis, oneribus et obligationibus, sublimi huic dignitati inhaerentibus. Volumus autem et mandamus ut, ceteris quoque impletis de iure servandis, in manibus alicuius quem malueris catholici Antistitis, gratiam et communionem Sedis Apostolicae habentis, fidei catholicae professionem emittere ac sueta iuramenta praestare, iuxta statutas formulas harumque exemplaria, Tui dictique Antistitis subscriptione ac sigillo munita, ad Cancellariam Apostolicam quam citius transmittere omnino tenearis. Ad hoc Antistiti a Te electo professionem ac iuramenta illa Nostro et Romanae Ecclesiae nomine recipiendi munus ac mandatum per praesentes committimus. Datum

Romae, apud S. Petrum, anno Domini millesimo nongentesimo trigesimo, die decima septima mensis Maii, Pontificatus Nostri anno nono. — G. S. T.

Fr. Andreas Card. Frühwirth, Cancellarius S. R. E.

Georgius Stara Tedde, Canc. Apost. Adiutor a Studiis.

»Expedita«

die trigesima mensis Maii

Anno Nono

Alfridus Marini, Plumbator.

Joseph Wilpert,

Dec. Protonot. Apostol.

Joannes Zani Caprelli,

Protonotarius Apost.

Dominicus Francini, Script. Apost.

47.

Anton Bonaventura,

**po božji in apostolskega sedeža milosti škof ljubljanski,
duhovnikom in vernikom ljubljanske škofije za slovo.**

Preden odidem v svoje novo domovanje, se moram od gospodov duhovnikov in od vernega ljudstva posloviti.

I.

Zadnji dve leti naglo pešam. V letih 1928 in 1929 sem večkrat precej obolel. Kljub temu sem nameraval še vztrajati v svoji prevzvišeni in sveti službi.

Toda letos me je zadela možganska kap. Bila je sicer neznatna, vendar sem prvi čas prav težko kako besedo izgovoril in nisem mogel skupaj spraviti niti onih molitev, ki jih navadno na pamet opravljam. Zdravnik mi je strogo zapovedal, da se moram varovati vsakega duševnega napora. In zares, ako bolj naporno premišlujem, mi postane glava zelo težka in tudi telo je nekako izmučeno.

Ne bi rad, da bi me večji mrtvoud zadel in bi jaz kar v nezavesti zadnji čas svojega življenja preživel. V teh okoliščinah se mi je porodila in vsaki dan bolj razvijala misel, naj sv. Očeta prosim, da mi odvzamejo breme pretežke škofovske službe.

II.

In res, okoli velike noči sem prošnjo sestavil in jo takole utemeljil: »Star sem 80 let, ljubljansko škofijo upravljam 32 let, zadnje čase hitro pešam, večkrat obolim in letos me je 11. marca zadela kap, nakar mi je zdravnik naporno duševno delovanje prepovedal. Imam pa tudi zagotovljenega dobrega naslednika, ki bo škofijo bolje upravljal, kakor sem jo mogel jaz.«

Tako priprosto sem prošnjo sestavil. Mislil sem si, naj sedaj sv. Oče odločijo, kakor bodo za dobro spoznali. Ako prošnjo uslišijo: hvala Bogu, ako ne, pa tudi hvala Bogu! Ko sem 1. maja pri Materi božji na Trsatu maševal, sem prosil Marijo, naj sklepe sv. Očeta vodi tako, kakor bo bolje za mojo ljubo ljubljansko škofijo.

Kmalu sem po apostolskem nunciju dobil poročilo, da so sv. Oče mojo prošnjo uslišali in me imenovali za nadškofa Garelenškega. Naročil mi je, naj povem, do kdaj bi mogel vse tako urediti, da bi mogel rimske dekrete izvršiti in bi postali pravomočni.

Vesel sem odgovoril, naj on vse tako uredi, da 31. julija preneham biti škof ljubljanski, 1. avgusta pa mi začne slediti dosedanji koadjutor, škof dr. Gregorij Rožman.

In tako se je zgodilo.

III.

Dne 1. avgusta se bom odpeljal v Gornji grad, kjer mi je novi škof ljubljanski v svoji dobroti prepustil stanovanje, namenjeno ljubljanskim škofom za oddih. Ta kraj je za nas zgodovinsko pomenljiv. Tukaj namreč je bila rojena ljubljanska škofija in so preje škofje tukaj imeli svoj sedež.

Pred odhodom še par besedi Vam, duhovni sobratje.

V zadnjem času me je pri več priložnostih svet slavil radi uspešnega delovanja v moji pastirski službi. Jaz pa sem vedno mislil na Vas, ljubi moji sodelavci v vinogradu Gospodovem, in sem se zavedal, da brez Vašega naporenega sodelovanja bi bil jaz popolnoma nič.

Vi ste se prizadevali izvrševati premnoge, ne vselej lahke sklepe naših treh sinod. Vi ste uvaževali moja novoletna navodila, ki so naročala delovanje dotičnega leta. Vi ste komaj čakali, kake sklepe Vam bodo prinesli gg. dekanji z vsakoletne konference dekanov, da jih navdušeno izvršite. Kako resno ste razpravljali naloge, dane za zapovedane vsakoletne pastoralne konference. Moral sem hvaliti modre nasvete starejših gospodov in obsežne, temeljite razprave mlajših gospodov. In kaj naj rečem o živahnih razpravah na konferencah Sodalitatis! To Vaše navdušeno in vztrajno delo je doseglo uspehe, ki jih svet pripisuje meni.

Pri vsakoletnih kanoničnih vizitacijah sem opazoval Vašo ljubezen do hiše božje, v kateri ste skrbeli za snago, za lepe svete posode in dostojno mašno obleko. Posebno zadnja leta sem občudoval, kako ste mogli izvršiti toliko sicer potrebnih, toda dragih poprav pri cerkvah in pri gospodarskih poslopih. Kaj naj povem o katehizaciji v šoli? Mnogi ste izvrstni veroučitelji, skoraj vsi pa prav dobri ali vsaj dobri, le malo je slabih.

In letos sem Vam radi svoje oslabeledosti naložil dolžnost, da o priliki birmovanja prevzamete pridige. Nisem vedel, da ste kar vsi tako izvrstni govorniki, toda letos sem se v dekanijah Loka, Moravče in Žužemberk o tem prepričal. Prav užival sem, ko sem poslušal Vaše stvarno sestavljene in govorniško izpeljane pridige. Hvala Bogu za mojo oslabeledost, ki mi je dala priložnost, da sem tudi s te strani spoznal lepe lastnosti svojih duhovnikov. Bog Vam povrni za me prevzeti trud!

Temelj Vašemu vztrajnemu in naporenemu delu je pa goreča ljubezen do Boga in iz nje rojena ljubezen do izročeni Vam vernikov. To močno ljubezen si vzdržujete ali vsaj z novega poživljate pri duhovnih vajah, katerih se radi udeležujete, pri daritvi sv. maše, katero opravljate kar mogoče zbrani, v globoki veri v čudeže, ki se gode po Vaših besedah, in pri molitvi pred tabernakljem, iz katerega se v Vaša srca izliva ljubezen presvetega Srca Jezusovega.

Pri odhodu od Vas vse to rad in potolažen spoznam in priznam. Službene vezi med menoj in Vami so raztrgane. To boli Vas in boli mene. Prosim pa, naj ostanejo močne in nepretrgane vezi ljubezni, da v tej ljubezni še vedno združeni ostanemo. Carissimi fratres, mementote mei ad

aram! Tudi jaz ne bom prenehal moliti za Vas, naj Vam ljubi Bog podeljuje gratias efficacissimas, ki jih potrebujete za svoje lastno posvečenje in za uspešno dušnopastirsko delovanje. Z Bogom!

IV.

Dragi verniki! Ker so me sv. Oče odvezali dolžnosti do ljubljanske škofije in odhajam v svoje novo domovanje, me sili srce, da se vsaj v listu od Vas poslovim.

Dolgo vrsto let sem med Vami deloval. Pazil sem na nevarnosti časa, da ne bi prišli med Vas grabežljivi volkovi v ovčjih oblačilih. V vsakoletnih pastirskih listih sem Vam kazal nevarnosti in Vas skušal spodbujati k resničnemu krščanskemu življenju.

Pokoren cerkvenim postavam sem Vas osebno obiskoval. Vsakih pet let sem prehodil vse župnije naše obsežne škofije. Dobro mi je delo, ko ste me prav pristržno sprejemali. Rad sem šel v šolo, kjer sem se prepričeval o verskem znanju Vaših otrok, katere sem razveselil s par spodbudnimi besedami in z lepimi podobnicami. Veliko tolažbe sem užil v spovednici; upam, da sem prav mnogo svojih predragih vernikov poučil, potolažil in z Bogom spravil. Rad sem šel na prižnico, kjer sem priznaval Vaš napredek in Vaše organizacije, cerkvene in izvincerkvene, verske, gospodarske in kulturne. Svaril sem Vas pred nevarnostmi in navduševal za čednostno, krščansko življenje. Prosil sem Vas prav posebno, da bi živeli v medsebojni ljubezni, v treznosti in čistosti. Oh, kako nezrečno veseli so bili moji osebni obiski vernikov v župniji, da težav in napa še čutil nisem!

Sedaj pa iz srca zakličem: z Bogom! Izročim Vas novemu, pre-dobremu škofu, kateremu so sv. Oče že tudi dali pravico, da prevzame upravo škofije takoj, ko jaz umrjem, ali odstopim.

Občudujem božjo Previdnost, ki je o pravem času vse tako uredila, da more prav gospod dr. Gregorij Rožman biti moj naslednik. On je sicer učen profesor cerkvenega prava na ljubljanskih visokih šolah, toda po božjem poklicu je pred vsem vnet dušni pastir. Skoraj vsi ga že poznate. Saj je imel duhovne vaje ali kako cerkveno opravilo v mnogih župnijah križem škofije. Pridobil si je zaupanje duhovnikov in pridobil tudi Vašo ljubezen.

Ker je tako za vse Vaše dušne potrebe preskrbljeno, bolj lahko pre-magujem bol srca, ko se moram radi onemoglosti od Vas posloviti. Ne bom Vas pozabil, ampak bom vsak dan pri sv. maši Gospoda Jezusa iz globočine svoje duše prosil, naj se Vas usmili in Vam podeljuje obilnih milosti, potrebnih za pravo krščansko življenje. Upam, da se me boste tudi Vi spominjali v molitvah, naj me Bog po tem dolgem življenju pri-pelje k srečni zadnji uri, k srečni večnosti!

H koncu Vam vsem še enkrat prav iz srca podeljujem pastirski bla-goslov rekoč: naj Vas blagoslovi troedini Bog Oče, Sin in sv. Duh. Amen.

V Ljubljani, koncem julija 1930.

† Anton Bonaventura,
škof.

Opomba: Odstavki I., II. in IV. naj se prečitajo s prižnice vernikom.

**Okrožnica „Ad salutem humani generis“
papeža Pija XI. o sv. Avguštinu
ob 1500 letnici njegove smrti.**

(Konec.)

Iamvero, cum divinae gubernationis veluti lineamenta descripsisset, omnia generatim enucleando, quae Ecclesiam Civitatemque respicere sibi viderentur, non heic consistit noster, sed, ultra progressus, quomodo gratia Dei, interiore profecto atque arcana ratione, hominis intellectum ac voluntatem permoveat, peracute dispicit et contemplatur. Quae quidem Dei gratia quantum in animo posset, iam tum ipsemet senserat, cum, mirum in modum Mediolani illico immutatus, omnes dubitationis tenebras diffugisse animadvertit. »Quam suave — aiebat — mihi subito factum est carere suavitatibus nugarum! et quas amittere metus fuerat, iam dimittere gaudium erat. Eiiciebas enim eas a me, vera tu et summa suavitas: eiiciebas, et intrabas pro eis omni voluptate dulcior, sed non carni et sanguini; omni luce clarior, sed omni secreto interior; omni honore sublimior, sed non sublimibus in se.«⁵⁹ Scripturis interea sacris potissimumque Pauli Apostoli Epistolis, qui miro item modo ad Christum sequendum traductus olim erat, Hipponensis Episcopus magistris ducibusque uti, cum tradita ante a sanctissimis viris doctrina cumque catholico fidelium sensu cohaerere; concitari cotidie acrius in Pelagianos, qui hominum per Christum lesum Redemptionem omni carere efficacitate praeefracte dictarent; divino denique spiritu instinctus, in plures annos et ruinam, post protoparentum labem, humani generis, et rationes quae gratia Dei cum libero arbitrio intercedunt, et praedestinationem quam vocant, vestigare. Vestigavitque adeo subtiliter feliciterque, ut, Doctor Gratiae nuncupatus deinceps atque habitus, ceteros catholicos posteriorum aetatum scriptores, praeundo, adiuverit atque una simul prohibuerit, quominus in difficillimis eiusmodi quaestionibus alterutrum peccarent; quominus scilicet docerent aut in homine de pristina integritate deiecto liberum arbitrium esse nomen sine re, ut prioribus novatoribus et iansenistis placuit, aut divinam gratiam nec gratuito impertiri nec omnia posse, quemadmodum Pelagiani fabulabantur. Atque huc ut nonnulla ad usum apta inferamus, quae nostrae homines aetatis magno non sine fructu meditentur, plane liquet, qui Augustinum legerint, non eos in errorem perniciosissimum raptum iri, qui saeculo duodevicesimo pervagatus est, insitas videlicet voluntati inclinationes, quod sint rectae omnes, nec metuendas esse nec coercendas. Quo ex falso principio cum illae profectae sunt educandi rationes, haud ita multo ante in Encyclicis Litteris Nostris »De Christiana Iuventutis Educatione« improbatas, quae eo demum evadunt, ut, nullo inter sexus interiecto discrimine, nulla item in nascentem puerorum atque adolescentium libidinem cautio adhibeatur; tum licentia illa scribendi legendive, comparandi celebrandive spectacula, unde innocentiae pudicitiaeque non tam insidiae ac pericula, quam reapse lapsus ac iacturae struuntur; tum etiam inhonesta illa vestiendi consuetudo, quam ad extirpandam christianae mulieres nunquam satis eniti queant. Docet enim noster, hominem, ex quo protoparentes peccavere, iam non ea integritate esse, in qua creatus est, quaque cum frueretur, facile expediteque ad recte agendum ferebatur: in hac, contra, mortalis conditionem vitae cportere eum malis refragari atque imperare cupiditatibus, quibus trahitur ac pellicitur, ad illud Apostoli: »Video autem aliam legem in membris meis, repugnantem legi mentis meae, et captivantem me in lege

⁵⁹ Confess., lib. 9, c. 1, n. 1.

peccati, quae est in membris meis.⁶⁰ In quo pulchre Augustinus ad populum suum: »Quamdiu hic vivitur, fratres, sic est: sic et nos qui senuimus in ista militia, minores quidem hostes habemus; sed tamen habemus. Fatigati sunt quodam modo hostes nostri iam etiam per aetatem: sed tamen etiam fatigati non cessant qualibuscumque motibus infestare senectutis quietem. Acrior pugna iuvenum est: novimus eam, transivimus per eam... Quamdiu enim portatis mortale corpus, pugnat contra vos peccatum: sed non regnet. Quid est, non regnet? Id est ad obediendum desideriis eius. Si coeperitis obedire regnat. Et quid est obedire, nisi ut exhibeatis membra vestra arma iniquitatis peccato. Non exhibeas membra tua arma iniquitatis peccato. Dedit tibi Deus potestatem per Spiritum suum ut membra tua teneas. Surgit libido, tene tu membra: quid factura est quae surrexit? Tu tene membra: noli exhibere membra tua arma iniquitatis peccato; noli armare adversarium tuum contra te. Tene pedes ne eant ad illicita. Libido surrexit, tene tu membra: tene tu manus ab omni scelere: tene tu oculos, ne male atendant: tene aures, ne verba libidinis libenter audiant: tene totum corpus, tene latera, tene summa, tene ima. Quid facit libido? Surgere novit, vincere non novit. Surgendo assidue sine causa, discit et non surgere.⁶¹ Quodsi ad eiusmodi pugnam arma salutis nobis induamus, postquam a peccato nos abstinere coeperimus, hostium retuso sensim impetu extenuatisque viribus, tandem aliquando ad illum requietis locum convoluturi sumus, ubi infinito gaudio triumphemus. Atque non erit nisi gratiae Dei tribuendum, quae interius el menti lumen et voluntati robur suppeditat, si tot inter impedimenta ac certamina vicimus: gratiae Dei, inquimus, qui cum nos creaverit, potest idem, per sapientiae potentiaeque suae thesauros, animum nostrum caritate incendere ac prorsus complere. Merito igitur Ecclesia, quae e sacramentis in nos gratiam derivat, sancta appellatur, cum non modo continenter perpetuoque efficiat ut innumerabiles homines cum Deo arcto amicitiae vinculo coniungantur in eaque perseverent, sed etiam ex iis satis multos ad invictam animi magnitudinem, ad perfectam vitae sanctimoniam, ad heroica facinora perducatur atque evehat. Etenim numerus nonne quotannis augetur martyrum, virginum, confessorum, quos admirandos filiis suis imitandosque proponit? Venustissimi nonne strenuae virtutis, castitatis caritatisque flores sunt isti, quos gratia Dei e terris caelo inserit? Ii solummodo in nativa infirmitate consistunt ac iacent, quicumque et divinis sollicitationibus repugnant et sua libertate recte uti nolunt. Gratia item Dei sinit, ut de nullius desperemus salute quod in terris is degat, de omnibus, praeterea, cotidie maiora caritatis incrementa speremus; in eademque gratia positum est humilitatis seu demissionis fundamentum, cum perfectissimus quisque illud non meminisse non possit: »Quid autem habes quod non accepisti? Si autem accepisti, quid gloriaris quasi non acceperis?⁶² et facere idem nequeat, quin grato illum prosequatur animo, qui »infirmis servavit, ut ipso donante invictissime quod bonum est vellent, et hoc deserere invictissime nollent.⁶³ Atque benignissimus Christus Iesus ad postulanda gratiae suae dona stimulos nobis admovet: »Petite, et dabitur vobis: quaerite, et invenientis: pulsate, et aperietur vobis. Omnis enim qui petit accipit: et qui quaerit invenit: et pulsanti aperietur.⁶⁴ Donum ipsum perseverantiae »suppliciter emereri potest.⁶⁵ Idecirco in sacris Aedibus privata et publica imploratio non desinit: »Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque inimicis eius ut crederent? Quando enim non oratum est in Ecclesia pro infidelibus atque

⁶⁰ Rom., VII, 23.

⁶¹ Serm. 128, c. 9—10, n. 11—12.

⁶² I Cor., IV, 7.

⁶³ De correptione et gratia, c. 12, n. 38.

⁶⁴ Matth., VII, 7—8.

⁶⁵ De dono perseverantiae, c. 6, n. 10.

inimicis eius ut crederent? Quando fidelis quisquam amicum, proximum, coniugem habuit infidelem, et non ei petivit a Domino mentem obedientem in christianam fidem? Quis autem sibi unquam non oravit, ut in Domino permaneret?». ⁶⁶ Itaque Deo, Venerabiles Fratres, estote vos supplices, et supplex vobiscum esto clerus populusque vester — Doctor gratiae auspice —, pro iis praecipue qui aut fidei catholicae exortes sunt aut de recta aberrarunt; praeterea qui ad sacerdotium nati ac vocati videantur, sanctam eorum institutionem quoquo pacto curatote, cum futuri ii sint, officio suo congruenter, divinae gratiae dispensatores.

Qui primus de vita et rebus Augustini scripsit, Possidius, iam tum affirmabat, multo magis quam qui eius opera legissent, »ex eo proficere potuisse, qui eum et loquentem in ecclesia praesentem audire et videre potuerunt, et eius praesertim inter homines conversationem non ignoraverunt. Erat enim non solum eruditus scriba in regno coelorum, de thesauro suo proferens nova et vetera, et unus negotiatorum, qui inventam pretiosam margaritam, quae habebat venditis, comparavit: verum etiam ex iis ad quos scriptum est: Sic loquimini, et sic facite; et de quibus Salvator dicit: Qui fecerit et docuerit sic homines, hic magnus vocabitur in regno coelorum«. ⁶⁷ Etenim, ut ab omnium capite virtutum exordiamur, Dei caritatem noster, reliqua abdicando, sic concupiit ac persecutus est, tam constanter in se acuit, ut cor ignitum in manu habens merito effingatur. Quisquis autem »Confessiones« vel semel eolverit, num colloquium a filio, ad fenestram Ostiensis domus, cum matre habitum oblivisci unquam queat? Nonne tam vivida est tamque suavis eiusmodi narratio, ut Augustinum et Monicam, illic, alterum prope alteram, in caelestium rerum contemplatione defixos videre videamur? »Colloquebamur ergo — ita scribit — soli valde dulciter; et praeterita obliviscentes, in ea quae ante sunt extenti, quaerebamus inter nos apud praesentem Veritatem, quod tu es, qualis futura esset vita aeterna sanctorum, quam nec oculus vidit, nec auris audivit, nec in cor hominis ascendit. Sed inhiabamus ore cordis in superna fluentia fontis tui, fontis vitae qui est apud te, ut inde pro captu nostro aspersi, quoquo modo rem tantam cogitaremus... Et dum loquimur et inhiamus illi, attigimus eam modice toto ictu cordis; et suspiravimus et reliquimus ibi religatus primitias spiritus, et remeavimus ad strepitum oris nostri, ubi verbum et incipitur et finitur. Et quid simile Verbo tuo Domino nostro, in se permanenti sine vetustate, atque innovanti omnia?«. ⁶⁸ Tales autem mentis et animi a corpore veluti secessus in eius vita insuetos ne dixeris. Si quid enim sibi temporis ab officiis laboribusque cotidianis vacui supererat, sacras Scripturas meditari, tam sibi notas, unde delectationem lucemque veritatis conciperet; cogitatione atque animo ab Dei operibus mysteriisque summae eius erga nos caritatis sensim ad ipsas divinas perfectiones sublimiter ferri in easque veluti demergi, quantum pro supernae gratiae copia sibi licuisset. »Et saepe istud facio — nobiscum veluti arcano communicare videtur —, hoc me delectat, et ab actionibus necessitatis quantum relaxari possum, ad istam voluptatem refugio. Neque in his omnibus quae percurro consulens te, invenio tutum locum animae meae nisi in te, quo colligantur sparsa mea, nec a te quidquam recedat ex me. Et aliquando intromittis me in affectum multum inusitatum introrsus ad nescio quam dulcedinem, quae si perficiatur in me, nescio quid erit quod vita ista non erit.« ⁶⁹ Quapropter clamabat: »Sero te amavi, pulchritudo tam antiqua et tam nova! sero te amavi!«. ⁷⁰ Atque o quam amanter Christi vitam contemplabatur, cuius similitudinem

⁶⁶ De dono perseverantiae, c. 23, n. 63.

⁶⁷ Vita S. Augustini, c. 31.

⁶⁸ Confess., lib. 9, c. 10, n. 23—24.

⁶⁹ Confess., lib. 10, c. 40, n. 65.

⁷⁰ Ibid., c. 27, n. 38.

cotidie perfectiorem in se exprimere et caritatem caritate rependere studebat, haud aliter quam ipsemet virginibus, consulendo, instillabat: »Toto vobis figatur in corde, qui pro vobis est fixus in cruce!«⁷¹ Qua quidem Dei caritate cum in dies ardentius flagraret, tum in ceteris virtutibus incredibiliter profecit: neque ulli non admirari hominem liceat — quem tali excellentem ingenio ac sanctitate venerarentur, extollerent, consulerent audirentque omnes — in scriptis, quae in publicum proditura erant, inque epistulis suis illuc intentissimum, ut non modo, quae sibi laudes tribuerentur, eas auctori bonorum omnium, tamquam ipsi uni debitas, referret et ceteris onimos et, salva veritate, praeconia adiiceret, sed etiam conlegas episcopos honore ac reverentia prosequeretur, maximos praesertim illos qui antecesserant, ut Cyprianum et Gregorium Nazianzenum, ut Hilarium et Ioannem Chrysostomum, ut suum fidei magistrum Ambrosium, quem ut patrem venerabatur et cuius saepe praecepta ac gesta recolere consueverat. Verum, quae a Dei caritate seiungi nequeat, splenduit in nostro animarum caritas, earum potissimum, quas, pro pastoralis officio, moderaretur.

Ex quo enim, divino adspirante numine, per fiduciam Valerii episcopi populique delectum, primum sacerdotio initiatus ac deinde ad Hipponensem Sedem evectus est, totus in eo fuit ut gregem suum, et sanae pabulo doctrinae alendo et ab luporum incursionibus tutando, ad aeternam duceret beatitatem. Fortiter igitur ille, at caritate in errantes homines comite, impugnare haereses; populo suo ab fallaciis praecavere, quas per id temporis Manichaei, Donatistae, Pelagiani, Ariani adhiberent; ita hos ipsos coarguere, ut non modo falsae doctrinae propagationem cohiberet et praedas recuperaret, sed etiam eos fidei catholicae adiungeret. Quamobrem ad disceptandum, vel publice, paratus perpetuo esse, cum de divino auxilio, de insita veritati vi atque virtute deque populi constantia summopere confideret, et, si qua haereticorum commentaria ad se perferrentur, nullam interponere moram quominus ea singillatim refelleret, nec opinionum insulsiatate nec disserendi spinis nec adversariorum parvicacia iniuriisque vexatus ac devictus. Sed nihilo secius, quamvis tam acriter pro veritate contenderet, hostium istorum emendationem, quos benevolentia et christiana caritate complectebatur, a Deo flagitare nullo tempore destitit; atque ex ipsis eius scriptis apparet, quanta cum demissione animi ac persuadendi vi eos alloqueretur: »Illi in vos saeviant qui nesciunt cum quo labore verum inveniatur, et quam difficile caveantur errores. Illi in vos saeviant, qui nesciunt quam rarum et arduum sit carnalia phantasmata piaer mentis serenitate superare... Postremo illi in vos saeviant, qui numquam tali errore decepti sunt, quali vos deceptos vident. Ego autem qui diu multumque iactatus tandem respicere potui quid sit illa sinceritas, quae sine inanis fabulae narratione percipitur... qui denique omnia illa figmenta, quae vos diuturna consuetudine implicatos et constrictos tenent, et qualesivi curiose, et attente audivi, et temere credidi, et instanter quibus potui persuasi, et adversus alios pertinaciter animoseque defendi: saevire in vos omnino non possum, quos sicut meipsum illo tempore, ita nunc debeo sustinere, et tanta patientia vobiscum agere, quanta mecum egerunt proximi mei, cum in vestro dogmate rabiosus et caecus errarem.«⁷² Propterea Episcopi Hipponensis religionis studium, assiduam actionem atque animi benignitatem cur spes fefellisset, cur exitus? Manichaei ad ovile Christi trahi, Donati discidium seu schisma esse desinere, Pelagiani omnino disici; ut post Augustini obitum, de eo Possidius scribere posset: »Et erat ille memorabilis vir, praecipuum dominici corporis membrum, circa universalis Ecclesiae utilitatem sollicitus semper ac pervigil. Et illi divinitus donatum est ut de suorum laborum fructu,

⁷¹ De sancta virginitate, c. 55, n. 56.

⁷² Contra epist. Manichaei quam vocant fundamenti, c. 2—3, n. 2—3.

etiam in hac vita gaudere provenisset, prius quidem in Hipponensi Ecclesia et regione, cui maxime praesidebat, unitate ac pace perfecta; deinde in aliis Africae partibus, sive per seipsum, sive per alios et quos ipse dederat sacerdotes, pullulasse, et multiplicatam fuisse Domini Ecclesiam pervidens, illosque Manichaeos, Donatistas, Pelagianistas, et Paganos ex magna parte defecisse, et Ecclesiae Dei sociatos esse congaudens: profectibus quoque et studiis favens erat et exsultans bonorum omnium; indisciplinationes pie ac sancte tolerans fratrum, ingemiscensque de iniquitatibus malorum, sive eorum qui intra Ecclesiam, sive eorum qui extra Ecclesiam sunt constituti; dominicis, ut dixi, lucris semper gaudens, et damnis moerens.⁷³ Quodsi in magnis Africae et vel universae Ecclesiae negotiis forti noster invictoque animo fuit, at patrem gregi suo tam studiosum benignumque se praestitit quam qui maxime. Contionari saepissime apud populum consueverat, aut depromptas plerumque e Psalmis, e Ioannis Evangelio, e Pauli Epistolis sententias, ad tenuiorum simpliciorumque hominum captum accomodate, enucleando, aut abusus et vitia, si qua apud Hipponenses irrepissent, optimo sane exitu, corripiendo; in eoque diu multumque elaborabat, ut non solum peccatores Deo reconciliaret, pauperibus opitularetur et pro reis intercederet, verum etiam — quamquam per haec advocari ac diduci animum conquerebatur — ut lites et iurgia componeret, quae de profanis rebus inter christifideles haberentur, anteposita scilicet saeculi fastidiis episcopalis caritatis exercitatione. Quae quidem caritas animique magnitudo potissimum in summo rerum discrimine eluxit, cum, Vandalis Africam vastantibus, nihil sacerdotum dignitati, nihil sacris aedibus paritum est. Haerentibus videlicet nonnullis episcopis ac presbyteris quid inter tot tantasque calamitates agendum sibi foret, sanctissimus senex, quem unus ex iis sententiam rogasset, aperte rescripsit, nulli sacerdoti, cuius ministerio fideles carere non possent, licere a populo suo, quicquid esset eventurum, abscedere. »An non cogitamus — aiebat — cum ad istorum periculorum pervenitur extrema, nec est potestas ulla fugiendi, quantus in Ecclesia fieri soleat ab utroque sexu, atque ab omni aetate concursus; aliis baptismum flagitantibus, aliis reconciliationem, aliis etiam paenitentiae ipsius actionem, omnibus consolationem et sacramentorum confectionem et erogationem? Ubi si ministri desint, quantum exitium sequitur eos qui de isto saeculo vel non regenerati exeunt vel ligati! quantus est etiam luctus fidelium suorum, qui eos secum in vitae aeternae requiem non habebunt! quantus denique gemitus omnium, et quorundam quanta blasphemia de absentia ministeriorum et ministrorum! Vide quid faciat malorum temporalium timor, et quanta in eo sit acquisitio malorum aeternorum. Si autem ministri adsint, pro viribus quas eis Dominus subministrat, omnibus subvenitur; alii baptizantur, alii reconciliantur, nulli dominici corporis communione fraudantur, omnes consolantur, aedificantur, exhortantur, ut Deum rogent, qui potens est omnia quae timentur, avertere; parati ad utrumque, ut si non potest ab eis calix iste transire, fiat voluntas eius, qui mali aliquid non potest velle.⁷⁴ Atque ita concludebat: »Qui autem sic fugit ut gregi Christi ea quibus spiritualiter vivit, alimenta subtrahantur, mercenarius ille est, qui videt lupum venientem et fugit, quoniam non est ei cura de ovibus.⁷⁵ Monita, ceteroqui, noster confirmavit exemplo; in urbe enim sui honoris sede, a barbaris obsessa, magnanimus Pastor, qui cum populo suo manserat, animam Deo reddidit.

Iamque ut id adiciamus, quod plenior Augustini laudatio postulare videtur, testis historia est, sanctum Ecclesiae Doctorem, qui, Mediolani, vidisset »extra urbis moenia sub Ambrosio nutritore«⁷⁶ »diversorium sanctorum«⁷⁷ et,

⁷³ Vita S. Augustini, c. 18.

⁷⁴ Epist. 228, n. 8.

⁷⁵ Ibid., n. 14.

⁷⁶ Confess., lib. 8, c. 6, n. 15.

paulo post matris obitum, monasteria »Romae etiam plura... neque hoc in viris tantum, sed etiam in feminis⁷⁷ cognovisset, vix ad Africae oras appulit, de animis ad absolutiorem perfectionemque vitae, in religioso statu, promovendis cogitare coepisse, et coenobium in praedio quodam suo excitasse, in quo »constitutus, ferme triennio, et a se iam alienatis curis saecularibus, cum iis qui eidem adhaerebant, Deo vivebat, ieiuniis, orationibus, bonisque operibus, in lege Domini meditans die ac nocte⁷⁸. Sacerdotio autem auctus, aliud mox Hipponense condidit in Ecclesiae vicinia coenobium; »et cum Dei servis vivere coepit secundum modum et regulam sub sanctis Apostolis constitutam: maxime ut nemo quidquam proprium in illa societate haberet, sed eis essent omnia communia, et distribueretur unicuique sicut opus erat.⁷⁹ Post quam vero ad episcopalem dignitatem elatus est, cum nec sibi communis vitae beneficia deesse nec omnibus Hipponensis Antistitis salutatoribus vel hospitibus patere monasterium vellet, in ipsa episcopali domo clericorum coenobium constituit, ea lege, ut, paternis bonis abdicatis, communiter vitam viverent — a saeculi quidem illecebris remotam et lautitiae omnis expertem non austeriorem tamen atque asperiores — et caritatis in Deum proximosque officia una simul exsequerentur. Sanctimonialibus autem, quas, haud procul incolentes, sua ipsius soror gubernaverat, legem dedit mirabilem, cum sapientiae tum moderationis plenam; qua hodie reguntur religiosae bene multae utriusque sexus familiae, non modo quotquot augustinianae nuncupantur, sed etiam quae a conditore cuiusque suo legem ipsam peculiaribus constitutionibus auctam acceperunt. Cuius quidem instituti perfectioris vitae, ad consilia evangelica traductae, seminibus apud suos iactis, non tam de Africa christiana noster quam de Ecclesia universa meritis est, cui ex eiusmodi militia tantum accessit, aetatum decursu, tantumque hodie accedit utilitatis atque incrementi. Quo in genere adhuc vivente Augustino, insigne coeptum laetissimi consecuti sunt fructus, narratque Possidius, religiosos viros sane multos, Patris legiferi, qui undique rogaretur, concessu, in omnes partes abiisse, ut, quasi igne ab igne capto, et nova coenobia conderent et Africae Ecclesias, doctrina et sanctitatis exemplo, iuvarent. Licuit igitur nostro de praeclara ista religiosae vitae actione, quae optatis suis tam plene responderet, ita gaudere, ut aliquando significaret: »Ego qui haec scribo, perfectionem de qua Dominus locutus est, quando ait diviti adolescenti, Vade, vende omnia quae habes, et da pauperibus, et habebis thesaurum in caelo; et veni sequere me; vehementer adamavi, et non meis viribus, sed gratia ipsius adiuvante sic feci. Neque enim quia dives non fui, ideo minus mihi imputabitur: nam neque ipsi apostoli, qui priores hoc fecerunt, divites fuerunt. Sed totum mundum dimittit qui et illud quod habet, et quod optat habere dimittit. Quantum autem in hac perfectionis via profecerim, magis quidem novi ego quam quisquam alius homo; sed magis Deus quam ego. Et ad hoc propositum quantis possum viribus alios exhortor, et in nomine Domini habeo consortes, quibus hoc per meum ministerium persuasum est.⁸⁰ Atque velimus hodie, ubique gentium, sancto Doctore similes, plures »seminatores casti consilii« suscitari, qui, prudenter quidem at fortiter et perseveranter, religiosae et sacerdotalis vitae, divino utique nutu, suasores se praebeant, ut caveatur aptius ac provideatur, ne christiani debilitentur spiritus et gradatim morum integritas pereat.

Hominis res gestas ac promerita, Venerabiles Fratres, dicendo adumbravimus, cui ob peracuti ingenii vim, ob doctrinae ubertatem elationemque, ob sanctitatem ad tam sublime fastigium provectam ob invictamque catholicae veritatis defensionem, aut paene nullum aut paucissimos sane eorum compara-

⁷⁷ De moribus Ecclesiae catholicae et de moribus Manichaeorum, lib. 1, c. 33, n. 70.

⁷⁸ Possidius, Vita S. Augustini, c. 3.

⁷⁹ Ibid., c. 5.

⁸⁰ Epist. 157, c. 4, n. 39.

veris, qui ab humani generis initio usque adhuc florere. Laudatorem superius non unum induximus; at vero quam suaviter, quam recte Hieronymus aequali ac familiarissimo suo: »Mihi autem decretum est te amare, suscipere, colere, mirari, tuaque dicta quasi mea defendere.«⁸¹ Et rursus: »Macte virtute, in orbe celebraris; catholici te conditorem antiquae rursus fidei venerantur atque suscipiunt, et quod signum maioris gloriae est, omnes haeretici detestantur; et me pari prosequuntur odio; ut quos gladiis nequeant, voto interficiant.«⁸² Summopere igitur Nobis cordi est, Venerabiles Fratres, quem, anno quindecies saeculari ab eius obitu haud ita multo post exeunte, Nosmet ipsi per has Encyclicas Litteras perlibenter commemoravimus, eundem in populis vestris ita commemorari, ut ipsum nemo non colat, nemo, potissimum, non imitari contendat, gratias Deo de beneficiis, quae Ecclesiae per tam magnum Doctorem obvenerunt, nemo non agat. In quo novimus, insignem Augustini subolem esse ceteris — ut aequum est — exemplo praeituram, quae redditos sibi, fel. rec. decessoris Nostri Leonis XIII benignitate, Patris legiferi cineres, Papiae, ad S. Petri in Caelo Aureo pie adservat ac custodit; quo utinam christifideles, sacrum eius corpus veneraturi et quam concessimus admissorum veniam lucraturi, undique frequentissimi coeant. At praeterire silentio non possumus, quae quantaque in animo Nostro spes insideat atque exspectatio, fore ut, qui Carthagine proxime agendus est Eucharisticus omnium nationum Conventus, is, praeterquam quod in Christi Iesu sub speciebus latentis triumphum, in Augustini praeterea honorem evadat. Cum enim in ea urbe Conventus habeatur, ubi olim noster haereticos devicit et christianos in fide roboravit; in Africa illa latina, cuius veteres laudes nulla unquam obliterabit aetas, quaeque splendidissimum illud sapientiae lumen progeniit; ab Hippone haud multo procul, cui feliciter obigit, ut tam diu eius spectaculo virtutum ac pastoralibus curis fruere: fieri profecto non potest, quin sancti Doctoris et memoria et illa de Augusto Sacramento doctrina — quam, ut ex ipsa Ecclesiae liturgia plerisque aliqua ex parte cognitam atque perspectam, praetermisimus — coeuntium illuc animis, immo paene oculis obversetur. Omnes denique christifideles hortamur, eosque praecipue qui Carthaginem conventuri sunt, Augustinum apud divinam clementiam deprecantem adhibeant, ut feliciores posthac dies Ecclesiae illucescant, et qui in tanta illa Africae immensitate indigenae advenaeque, aut catholicae veritatis adhuc expertes aut a Nobis dissidentes, vivunt, nec lucem illi doctrinae evangelicae per missionales nostros sibi allatae reiciant, nec hi ad amantissimae Matris Ecclesiae gremium confugere cunctentur.

Caelestium interea munus conciliatrix esto, itemque paternae Nostrae benevolentiae testis, apostolica benedictio, quam vobis, Venerabiles Fratres, et universo clero populoque vestro peramanter in Domino impertimus.

Datum Romae apud Sanctum Petrum die XX mensis Aprilis, in festo Paschae Resurrectionis D. N. I. C., anno MDCCCXXX, Pontificatus Nostri nono.

PIUS PP. XI.

⁸¹ Epist. 172, n. 1 inter augustinianas.

⁸² Epist. 195, inter augustinianas.

49.

Postna zapoved.

V zvezi s postno zapovedjo za l. 1930, objavljeno v letošnjem Škofijskem listu na str. 9 in 10, sporočam, da sem z reskriptom sv. kongregacije koncila z dne 7. julija 1930, št. 2024/30, pooblaščen, da morem vernike svoje škofije dispenzirati od splošne postne zapovedi tudi izven mej škofije. Doslej so namreč veljale postne olajšave samo za kraje domače škofije, zunaj meja te olajšave niso veljale in se je bilo treba ravnati po postni postavi dotičnih krajev izven škofije.

S tem torej razglašam, da veljajo za vse vernike ljubljanske škofije vse postne olajšave, objavljene za l. 1930 v zgoraj navedenem Škofijskem listu, tudi izven mej ljubljanske škofije.

V Ljubljani, dne 22. julija 1930.

† Anton Bonaventura,
škof.

50.

Molitve po tihi sv. maši za Rusijo.

Sv. Oče Pij XI. je ob priliki tajnega konzistorija dne 30. junija t. l. v svoji alokuciji z veliko hvaležnostjo ugotovil, da so se katoličani po vsem svetu vneto odzvali njegovemu pozivu k molitvi za preganjane kristjane v Rusiji. Ta složna molitev ni bila brez sadov in upati je, da bo še uspešnejša, dasi so sovražniki božjega imena in božjega čiščenja še ljutejši postali. Zaradi tega moramo Kristusa, Odrešenika sveta, še vztrajneje prositi, da preganjanim sinovom Rusije dodeli mir in svobodo verskega udejstvovanja. »Da bi mogli vsi, brez posebnih težav v ta namen moliti, hočemo (pravi sv. Oče), da se molitve, ki jih je papež Leo XIII. ukazal opravljati po vsaki tihi sv. maši, opravljajo v ta namen, t. j. za Rusijo. Na to naj škofje in duhovniki vse vernike, z vso vnemo opozorijo in jim to često v spomin pokličejo.«

Gospodje dušni pastirji in katehetje naj svojim vernikom to odredbo sv. Očeta obrazložijo in jih večkrat opomnijo, da naj goreče molijo za kristjane v Rusiji, zlasti pa v ta namen obrnejo običajne molitve po tihi sv. maši.

51.

Razne objave.

Mašno in berno vino — prosto občinske trošarine. Kr. banska uprava dravske banovine v Ljubljani je z odlokom z dne 30. maja 1930 št. II. 15.159 odredila, »da se od obdavčenja z občinsko trošarino oprošča vse pri beri prejeto (t. j. zbirčno) zlasti tudi mašno vino. Oprostitev od obdav-

čenja z občinsko trošarino mašnega in zbirčnega vina velja do preklica, odnosno toliko časa, dokler ne bo morda z zakonom kaj drugega določeno.◀

Predvojne rente. Zbornica za trgovino, obrt in industrijo v Ljubljani je sklicala na dan 6. marca 1930 nekaj prizadetih zastopnikov radi posvetovanja o likvidaciji predvojnih obligacij. Sklenilo se je, da se naprosi finančno ministrstvo, oddelek državnih dolgov in kreditov, naj to vprašanje čimprej reši. Ministrstvo je odgovorilo, da upa to izvesti do konca tekočega leta, in sicer tako, da izda nove obveznice in se bo oziralo tudi na dotekle obresti.

Vpis mrtvo-najdenega deteta v rojstno knjigo. Neki župni urad se je obrnil do okrajnega glavarstva v Ljubljani z vprašanjem, kako naj se vpiše v rojstno knjigo dete, ki je bilo mrtvo najdeno. Okrajno glavarstvo je dne 5. junija 1930, št. 6777/3, odgovorilo: Člen 29. zakona o imenih določa, da se vpiše najdenec ali dete neznanih roditeljev v matično knjigo z rodbinskim in rojstnim imenom, ki ju določi občupravno oblastvo prve stopnje, v čigar območju je bilo dete najdeno. To določilo ima v mislih samo živa bitja, ne pa tudi trupla, ki so stvari, zato okrajno glavarstvo ne more dati najdenemu otroku imena. — S tem naziranjem se strinja tudi kr. banska uprava (Razpis II. No. 18.802 z dne 25. februarja 1930). — To se daje župnim uradom na znanje v svrhu ravnanja.

Shod bivših vojakov na Brezjah bo letos dne 10. avgusta 1930. Gospodje dušni pastirji naj vernikom to oznanijo. — Obenem prosi škofijski ordinariat, naj bi se za to priliko priglasilo nekaj duhovnikov, ki bi šli za 9. in 10. avgust na Brezje spovedovat. Radi obilnega navala namreč oo. frančiškani ta dva dni ne zmorejo sami vsega dela v spovednici.

Jubilejna medalja škofa dr. A. B. Jegliča. Ob priliki 80 letnice škofa ljubljanskega dr. A. B. Jegliča je medaljer profesor Anton Seve r dovršil dobro uspelo portretno medaljo jubilaranta. Medalja nosi napis škofovega gesla, jubilejni letnici, njegov grb in lastnoročni podpis jubilaranta. Medalja je iz brona in ima 30 cm v premeru. — Vabimo na subskripcijo te umetniške spominske medalje. Medalja iz brona velja 800 Din, montirana na marmornati plošči 1200 Din. Naročila sprejema Prosветna zveza v Ljubljani. Prosimo, da pri naročilu pošljete polovico vsote naprej, ostanek pa po prejemu medalje.

Izseljeniški Vestnik št. 3 Družbe sv. Rafaela za varstvo izseljencev (1 izvod) je priložen vsaki številki tega Škof. lista. Nadaljni izvodi so župnim uradom in posameznim interesentom, ki imajo namen pristopiti kot društveni člani, brezplačno na razpolago pri Družbi sv. Rafaela v Ljubljani.

Slovstvo.

Anton Mrkun: Slovanski svetniki. Molitvenik. — Knjižica obsega v prvem delu kratke življenjepise 21 slovanskih svetnikov, v drugem delu pa najraznovrstnejše molitve. Knjižica stane Din 18, 20, 24, 28. Dobi se v vseh knjigarnah, zlasti v trgovini H. Ničman v Ljubljani. Priporočamo.

Adrian Egger: **Kirchliche Kunst- und Denkmalpflege**. Bressanone 1930. Str. 41. — To delo izide v 3 snopičih. Prvi snopič, ki je že izšel, obravnava: *Geschichte und Organisation der kirchlichen Kunst- und Denkmalpflege*; drugi *Erhaltung des vorhandenen Kunstbesitzes*; tretji *Mehrung desselben durch Neuschöpfungen*. Celo delo bo obsegalo 160 do 180 strani in bo stalo 4 M. Delo je namenjeno bogoslovcem in duhovnikom, zato bo vpeljeno v nekaterih bogoslovnih učiliščih kot učna knjiga. Kakor je razvidno iz prvega zvezka, je knjiga uporabna in poučna.

53.

Konkurzni razpis.

Razpisujeta se župniji: **R o v t e** v vrhniški dekaniji, in **P r i m s k o v o** v litijski dekaniji.

Prošnje za župniji je nasloviti na škofijski ordinariat.

Rok za vlaganje prošenj se zaključi 31. avgusta 1930.

54.

Škofijska kronika.

Cerkvena odlikovanja. Za apostolskega protonotarja ad instar participantium je bil imenovan monsig. Tomo Z u p a n, biseromašnik in profesor-veroučitelj v pokoju. — Za častnega kanonika ljubljanskega stolnega kapitlja je bil imenovan Ferdinand E r k e r, župnik in dekan v Kočevju. — Za škof. duhovne svetnike so bili imenovani: Alojzij Š a r e c, župnik v Šmartinu pri Kranju ter Gašper P o r e n t a in Vojteh H y b a š e k, profesorja na škof. gimnaziji v zavodu sv. Stanislava v Št. Vidu nad Ljubljano.

Podeljene so župnije: Boh. Bistrica Jožefu A m b r o ž i č u, župnemu upravitelju istotam (umeščen 17. junija 1930), Bela cerkev Blažu R e b o l u, župniku v Dobrnič, in Dobrnič Ignaciju O m a h n u, župniku v Beli cerkvi.

Prezentirana sta bila: Franc L o v š i n, kaplan v Št. Vidu nad Ljubljano, za župnijo Rakitna (umeščen 17. julija 1930) in Matej S u š n i k, župnik v Rovtah, za župnijo Leše.

Umeščen je bil Karel Z a j c, žup. upravitelj v Rakitni, dne 19. julija 1930 na župnijo Rudnik.

Spregled konkurznega izpita je bil z reskriptom sv. kongregacije koncila z dne 8. julija 1930 št. 3368/30 podeljen Antonu P l e š i c u, župn. upravitelju na Primskovem pri Litiji.

Ordinacije. V m a š n i k e so bili posvečeni dne 29. junija 1930 sledeči bogoslovci ljubljanske škofije: iz petega letnika: Valentin Benedik, Bogomir Gande, Jožef Košir in Janko Sedej. — Iz četrtega letnika: Anton Petrič, Viljem Pipp, Stanislav Skvarča in Martin Starec. — Isti dan je prejel

sv. mašniško posvečenje Fr. Jožef Kup. Čagran, O. F. M. provincije sv. Križa. — Subdijakonat so imenovani prejeli dne 27. aprila 1930, diakonat pa dne 14. junija 1930.

Umrl je Janko Šiška, župnik v pok., v Radomljah dne 22. julija 1930, v starosti 65 let. Naj v miru počiva!

Škof. ordinariat v Ljubljani,
dne 31. julija 1930.

Prodajne cene molitvenikov.

Molitve za šolsko mladino. Dobe se le broširani izvodi 1:25 Din.

Pri Jezusu. V platnu, rdeči obrezi 9 Din. — V platnu, rdeči obrezi, s trakom 15 Din. — V pegamoidu, zlati obrezi, vatiran, nožnica 28 Din. — Longrain usnje, upogljivo, drugo enako 40 Din. — Longrain usnje, vatirano, drugo enako 44 Din.

Večno življenje. V polpegamoidu, rdeči vezavi, en trak 20 Din. — V pravem pegamoidu, zlati vezavi, 2 trakova, nožnica 28 Din. — V pegamoidu, upogljivo, boljša trakova, nožnica 36 Din. — Longrain usnje, upogljivo 58 Din.

Duhovnikom, ki skupaj naročajo, da ordinariat na vsakih 5 izvodov enega za ubožne učence.

Vsebina: 46. Bula o imenovanju škofa dr. A. B. Jegliča za naslovnega nadškofa garelenskega. — 47. Anton Bonaventura, škof, duhovnikom in vernikom za slovo. — 48. Okrožnica o sv. Avguštinu (konec). — 49. Postna zapoved. — 50. Molitev po sv. maši za Rusijo. — 51. Razne objave. — 52. Slostvo. — 53. Konkurzni razpis. — 54. Škofijska kronika.

Izdajatelj: Škof. ordinariat (Dr. Gregorij Rožman). — Odgovorni urednik: Jože Jagodic.
Za Jugoslovansko tiskarno v Ljubljani: Karel Čeč.